



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CXXXVIII. Verhandlungen von Gesandten des Herzogs Moritz von Sachsen
und des Kurfürsten Joachim mit dem Könige von Polen über dessen
Vermittelung zur Befreiung des Landgrafen Philipp, vom Jahre 1550.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

vnserm Lieben sohne Marggraf fridrich In die Stifft mit volgen lassen, soll er vns doch nichtsdesteminder dj Zehen Jar uber mit dinste von hauß aus mit vier pferden uf vnser erfodern zu dienen vorhafft bleiben. Dapur sollen vnd wollen wir Ime Jerlich CC fl. bestallung geben, Do er aber mit gedachtem vnserm sohne In di Stifft nicht wurde mit volgen, sonder di Zwei Jar an vnserm hoffe aufsdienen, sollen vnd wollen wir Ine mit dem negsten Ampte, so darnach vorledigt wurde, gnediglich bedencken vnd zum Amtman vorordenen. Wir wollen Ime auch der In zeit In vnseren dienst fur gewonlichen pferdt- vnd gefangenen schadenstandt stehen, vnnd do wir Ine vorschicken wurden, Wollen wir Ine auch mit Zerung vorforgen. Dogegen hatt gedachter Gorge Pose bewilliget zwei angefelle, welche wir seinem Vater seligen vorschriben, als eins an II^m. fl. von dem angefelle, das hans Termow bekommen, vnd das ander uf vier huffen eins geistlichen lehens, so er Jacob kluth seliger In der pfarkirchen vnser Neuenstadt Ruppin gehalten, fallen zu lassen. Doch sol Ime vnd seinen Brudern freistehen, dj andern vorschriben angefelle In Irem besten an sich zu brengen oder zu vorkeuffen, dorein wir hiemit In kraft dits briefs wollen Consentiret vnd bewilligt haben: vnd wir thun Ime auch hiemit sonderlich gedachte vnser freuntliche Liebe gemal, Beide sohne, Marggraf friderichen vnd Marggraf Sigemunden, gnedigt als einem Hoffmeister befahlen, des allen er vnser geburliche Eide vnd pfichte gethan. So wollen wir Ine hinwider In gnedigen bevhelich haben, auch ob Ime seinem Ampte vnd sachen halten. Vnd wir bestellen vnd nemhen gedachten Gorgen Posen zu vnserer Liebsten gemhal vnd beider sone hoffmeister an, Gereden vnd globen Ime zu befodung, kleidung vnd andere unterhaltung, wie allenthalben obberurth, zu geben hiemit In kraft diß briffs, alles treulich vnd vngeferlich. Datum Coln an der Sprew, Mitwochs In heiligen osten, Anno etc. Im L.

Aus einer Abschrift in G. W. von Haumer's Papiereu.

CXXXVIII. Verhandlungen von Gesandten des Herzogs Moritz von Sachsen und des Kurfürsten Joachim mit dem Könige von Polen über dessen Vermittelung zur Befreiung des Landgrafen Philipp, vom Jahre 1550.

Petunt, ut Regia Maiestas adiuuet ipsos apud Cesaream Maiestatem in liberando Landgravio Hassie, qui ipsorum pollicitatione seductus Cesari se dedit, fretus iis Pactis, que illi cum Episcopo Atribatensi constituerant, et preter Pacta conuenta in custodia hactenus retinetur, quamvis ea Pacta, quoad potuit, ipse impleverit et si quid desideratur adhuc implere paratus sit. Quod si exactionem cautionis ab eo Cesarea Maiestas requirat, non recusant eam pariter cum Landgravio dare.

Est autem ipsis cure hec res partim propter Landgravium, partim etiam propter se ipsos, fidemque et existimationem suam, atque etiam periculum, propterea quod bona fide promiserunt Landgravio, si quid ei adversi propter deditionem illam, preter ea, que in Pactis diserte expressa sunt, accidisset, id ipsum sese ultro passuros esse, ad requisitionem liberorum ipsius Landgravii, qui nunc deposcunt illos in talem custodiam, in quali est Pater eorum.

His igitur de causis petunt supradicti Principes, ut Regia Maiestas et Landgravio et ipsis subveniat, mittatque Legationem ad Cesaream Maiestatem ad agendum diligenter de liberatione

eiusdem Landgravii, eaque Legatio ut ad diem S. Michaelis presto sit in Tenneverda, si Cæsar est auguste, si vero recessit in interiorem Germaniam, Francfordie ad Moenum eadem die sese sistat et cum Consiliariis atque amicis eorundem Principum intelligentiam habeat, ac deinde ipsis presentibus cum Cæsarea Maiestate agat et ab ea responsum petat. Quod si fuerit benignum cum ipsis pariter gratias agat, sin autem negabit, aut differet rem Cæsar, ut ea ipsa Legatio Regia consilium ineat cum Consiliariis et Amicis eorundem Principum, qua via insistendum sit ad liberandum Landgravium. Quod si recusabit Regia Maiestas, Legationem hac de re mittere ad Cæsarem, petunt Principes, ut Literas diligenter scriptas mittat.

Indolebat Maiestas Regia calamitati Illustris Domini Philippi Landgravii, cum illius ipsius causa, tum quod eam ad Illustrissimos Dominos istos Principes Electores pertinere intellexit. Habet enim in memoria Maiestas eius necessitudines, que sibi, multe magneque cum plerisque Principibus Germanie, cum duobus vero istis vel precipue intercedunt, neque detrectaret, quidquam Maiestas eius, quo malis istis et incommodis opem afferret, si quod modo recte, salvo officio et utiliter a se fieri posse existimaret. Non parceret quidem certe laboribus, neque sumptibus. Sed cum diligenter secum reputat, non solum arctissima propinquitatis et affinitatis vincula, verum etiam sanctissima Foedera, quibus iam inde a Maioribus suis cum Cæsarea et Regia Romanorum Maiestatibus confociata est, et quod ea Foedera nuper adeo per Oratorem suum solemnem ceremoniam et Christiani Principis fide, non modo pro se, verum etiam pro Regno suo, a quo nunc abest, firmavit, non putat sibi fas esse, contra sententiam tam coniunctorum sibi Principum quidquam suscipere, contra eorum autem sententiam fore, si cum ipsis de supra memorato Illustri Domino Landgravio sive per Oratores, sive per literas agere institueret, non levi aliqua coniectura, verum evidentissimo argumento Maiestas eius colligit ex eo, quod non ignorat, hoc ipsum de isto ipso Domino Landgravio pariter et de Illustri Domino Joanne Friderico, Duce Saxonie capto a Divo Parente suo ante quatuor annos Magnifico olim Stanislao Laski, Palatino Siradiensi, Oratori ad Cæsaream Maiestatem in Mandatis datum fuisse et quomodo tunc id acceptum fuerit. Ne illud quidem nescit, quale Responsum Principes Electores, ac ceteri Ordines Germanie ista ipsa de re tunc a Cæsarea Maiestate acceperint. Qua propter sperat Maiestas sua Regia datum sibi iri veniam ab Illustrissimis istis Principibus Electoribus, quod ipsorum postulatis ac desideriis recte satisfacere non possit. In Parentum enim loco habet Cæsaream et Regiam Romanorum Maiestates, cavetque sedulo, ne vel minimam offensivule cuiusquam occasionem ipsis prebeat. Ceterum ab ipsis Illustrissimis Principibus Electoribus non incommode cum Cæsarea Maiestate agi posse Regia Maiestas arbitratur, cum non tantum Consanguinei Principis, verum etiam ipsorummet propria res agatur, modo placide et obsequenter id fiat, in quo, etsi persuasum habet eius Maiestas, non defuturum ipsis esse consilium, non putavit tamen sibi pretereundum esse pro mutua sua coniunctione et amicitia cum ipsis Illustrissimis Ducibus, quin ipsis sententiam suam vel uno verbo indicaret.

Si mittende erunt he Literæ ad Cæsarem, infrascripta adscribenda erunt, post illam clausulam: occasionem ipsis prebeat; cetera vero omitti poterunt, aut paulo aliter adscribi.

Tamen ut Illustrissimi Principes Electores intelligant, non posthaberi ab eius Maiestate res et salutem suam, scribet Maiestas eius ista de re ad Cæsaream Maiestatem, quoad recte, ac citra offensionem id se facere posse existimabit, easque Literas per suum Veredarium ad Maiestatem illius mittet, quidquid autem responsum inde acceperit, de eo cum Illustrissimis Principibus Electoribus communicabit.